



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio VI. De habitu fidei quantum ad eius causam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

Super questionis sexta articulum primum.

In tertia. q. 6. nota, quod questio est de fide simpliciter & absolute. & non sicut patet ex litera sequentis articuli.

In corpore articuli dubium occurrit. An assentire his, quae sunt fidei, eleuet hominem supra naturam suam.

QVAESTIO VI.

De causa fidei, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de causa fidei.

ET CIRCA hoc quaeruntur duo.

Primo, Vtrum fides sit homini infusa a Deo.

Secundo, Vtrum fides informis sit donum Dei.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum fides sit homini a Deo infusa.

AD PRIMVM sic proceditur. Vbi quod fides non sit homini infusa a Deo. Dicitur. Aug. 14. de Trin. q. p. scientia gignitur in nobis fides, nutritur, defenditur, & roboratur: sed ea, quae per scientiam in nobis gignuntur, magis uidentur acquiri sita esse, quam infusa. ergo fides non uidentur in nobis esse ex infusione diuina.

2. Praet. Illud, ad qd homo pertingit audiendo, & uidentur, uidentur esse ab homine acquisitum: sed homo pertingit ad credendum, & uidentur miracula, & audiendo fidei doctrinam. De n. Io. 4. Cognouit pater, quia illa hora erat, in qua dixit eis Iesus, Filius tuus uenit: & credidit ipse, & domus eius tota. Et Rom. 10. dicitur, quod fides est ex auditu. ergo fides habetur ab homine etiam quam acquisita.

3. Praet. Illud quod consistit in hominis uoluntate, ab homine potest acquiri: sed fides consistit in credentium uoluntate, ut Aug. dicit in lib. de Praedestinatione sancti et oratorum. ergo fides potest esse ab homine acquisita.

SED CONTRA est, quod dicitur ad Ephes. 2. Gratia estis saluati per fidem, & non ex uobis, ne quis gloriatur: donum enim Dei est.

RESPON. Dicendum, quod ad fidem duo requiruntur: quorum unum est, ut homini credibilia proponantur: quod requiritur ad hoc, quod homo aliquod explicite credat. Aliud autem quod ad fidem requiritur, est assensus credentis ad ea, quae proponuntur. Quia ergo ad primum horum, necesse

etiam naturam. Et propterea auctor absque probatione alia transtulit sequentis articuli discussione referuans, an fides informis sit donum Dei, in quo non ex actu fidei informis, sed alium de arguens, confirmat hanc esse mentem suam.

Sed haec responsio fuga potius est, quam expofitio literarum: quia

est quod fides sit a Deo. Ea enim quae sunt fidei, excedunt rationem humanam. unde non cadunt in cognitionem hominis, nisi Deo reuelante: sed quibusdam quidem reuelantur immediate a Deo, sicut sunt reuelata Apostolis, & prophetis. quibusdam autem proponuntur a Deo mittente fidei predicatorum, secundum illud Rom. 10. Quomodo predicabunt, nisi mittantur? Quantum uero ad secundum. assensum hominis in ea, quae sunt fidei, potest considerari duplex causa. Vna quidem exterius inducens, sicut miracula uisum, uel persuasio hominis inducens ad fidem, quorum neutrum est sufficiens causa. Videntium enim unum & idem miraculum, & audientium eandem predicationem quidam credunt, & quidam non credunt: & ideo oportet ponere aliam causam interioram, quae mouet hominem interiorius ad assentiendum his, quae sunt fidei. Hanc autem causam Pelagius ponebant solum liberum arbitrium hominis: & per hoc dicebant, quod initium fidei est ex nobis, inquam. sed nobis est, quod parati sumus ad assentiendum his, quae sunt fidei: sed commutatio fidei est a Deo, per quam nobis proponuntur ea, quae credere debemus. Sed hoc est falsum: quia cum homo assentiendo his, quae sunt fidei, eleuet supra naturam suam, oportet quod hoc in se sit ex supernaturali principio interioris mouente, quod est Deus: & ideo fides quantum ad assentiendum, qui est principalis actus fidei, est a Deo iterum mouente per gratiam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod de scientia gignitur fides, & nutritur per modum exterioris persuasionis, quae fit ab aliqua scientia: sed principalis, & propria causa fidei est id, quod iterum mouet ad assentiendum.

AD SECUNDVM dicendum, quod etiam ratio illa procedit de causa proponente exterioris ea, quae sunt fidei, uel persuadente ad credendum uel uerbo, uel facto.

AD TERTIVM dicendum, quod credere quidem in uoluntate credentium consistit: sed oportet, quod uoluntas hominis praeparatur a Deo per gratiam ad hoc, quod eleuetur in ea, quae sunt supra naturam, ut supra dictum est.

humanam, & aliud quod experimur propterea in nobis infusus habitus, illorum principia, aut Deum. Primum affirmat litera, non secundum. Et per haec patet responsio ad omnia obiecta.

Secunda Secundae S. Thomae. C. 4. Super

litera ex propriis fidei procedit, ut patet inuenti omnes eius causas in litera allatas: immo, ut ex sequenti patet articulo, hic est sermo de fide simpliciter, & non de fide, ut est virtus simpliciter, aut informis. Fides simpliciter, & perfecta simpliciter, perfectione fidei, non perfectione uirtutis ex hoc, quod est fides, abstractio a formatione, uel non formatione charitatis, ut in corpore sequentis articuli, & in responsione ad primum dicitur. Dicendum est ergo, quod actus fidei, hoc est assentire ueritati primae secundum scripturas, & sensum Ecclesiae, eleuat hominem supra suam naturam, & hoc quod negat, propriam ignorat uocem. Nam actus iste ex nulla naturali cognitione, ex nullo naturali appetitu, natus est sequi, sed ex appetitu beatitudinis aeternae, & ex adhesionem ad Deum supernaturaliter reuelantem, & conseruatem Ecclesiam suam. Et hoc experimur, nec eget probatione. Sed ex hoc non sequitur, ergo experimur habitum in nobis fidei infusum. ut obiectione infer. Sed ex hoc credimus rationabiliter in nobis esse habitum fidei infusum: sicut dolere de peccatis propter Deum crucifixum beatum in patria, est actus eleuans hominem supra suam naturam, & credimus quod sit ex poenitentia infusa a Deo: non tamen hoc scimus. Et similiter ire deuote ad communionem post probationem sui &c. est actus supra naturam humanam, & credimus, quod sit ex diuina charitate etiam infusa: & tamen hoc nescimus. Aliud est ergo dicere quod experimur in nobis actum excedentes naturam

In corpore. q. 6. art. 1.

Super questionis sextae articulum secundum.

IN articulo 2. eiusdem sextae questionis, in responsione ad secundum, dubium occurrit, quomodo deformitas actus sit de ratione speciei ipsius actus, secundum quod est actus moralis. Videtur enim hoc contrarium doctri- nae datae in prima secunda, ubi dictum est, quod deformitas privatiua actus peccati, non est de integritate speciei ipsius peccati, sed consequens ad speciem mali moralis. Quomodo fiat haec duo simul.

ARTICVLVS II.

Utrum fides informis sit donum Dei.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod fides informis non sit donum Dei. Dicitur. n. Deut. 32. q. Dei perfecta sunt opera: fides autem informis est quoddam imperfectum: ergo fides informis non est opus Dei.

¶ 2. Praet. Sicut actus dicitur deformis pro hoc, quod caret debita forma: ita et fides dicitur informis propter hoc quod caret debita forma: sed actus deformis peccati non est a Deo, ut supra dictum est. ergo neque et fides informis est a Deo.

¶ 3. Praet. Quaecumque Deus sanat, totaliter sanat, dicitur. n. Io. 7. Si circuncisionem accipit homo in sabbatho, ut non soluatur lex Moysi, mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in sabbatho, sed per fidem homo sanatur ab infidelitate. Quicumque ergo donum fidei a Deo accipit, simul sanat ab omnibus peccatis: sed hoc non fit, nisi per fidem formatam: ergo sola fides formata est donum Dei. si ergo fides informis est a Deo.

SED CONTRA est, quod quidam glo. dicit prima ad Corin. 13. quod fides quae est sine charitate, est donum Dei: haec autem est informis. ergo fides informis est donum Dei.

RESPON. Dicendum, quod informitas privatio quaedam est. Et autem considerandum, quod privatio quandoque quidem pertinet ad rationem speciei, quaeque autem non, sed superuenit rei iam habenti propriam speciem, sicut privatio debite commensurationis humorum est de ratione speciei ipsius aegritudinis: tenebrositas autem non est de ratione speciei diaphani, sed ei superuenit. Quia ergo cum assignat eam alicuius rei, intelligitur assignari eam eius secundum quod in propria specie existit: id quod non est eam illius rei, ad quam pertinet privatio, sicut existens de ratione speciei illius. Non enim potest dici eam aegritudinis, quod non est eam distemperatae humorum. Potest tamen dici aliquid esse eam diaphani, quae non est de ratione speciei diaphani. Informitas autem fidei non pertinet ad rationem speciei informis, quod est eam fidei ipsius dei, cum fides dicatur informis propter defectum cuiusdam exterioris formae. sicut dictum est: et id illud est eam fidei informis, quod est eam fidei simpliciter dicta: hoc autem est Deus, ut dictum est. Unde relinquitur, quod fides informis sit donum Dei.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod fides informis, etsi non sit perfecta simpliciter perfectione uirtutis, est tamen perfecta quadam perfectione, quae sufficit ad fidei rationem.

AD SECUNDVM dicendum, quod deformitas actus est de ratione speciei ipsius actus, sicut est actus moralis, ut supra dictum est. Dicitur enim actus deformis per privationem formae intrinsecae, quod est debita commensuratione circumstantiarum actus. et id non potest dici eam actus deformis Deus, qui non est eam deformitatis, licet sit causa actus, in quantum est actus. Vel dicendum, quod deformitas non solum importat privationem debite formae, sed et contrariam dispositionem. Unde deformitas se habet ad actum, sicut falsitas ad fidem: et id sicut actus deformis non est a Deo, ita nec aliqua fides falsa. Et sicut fides informis est a Deo, ita et actus qui sunt boni ex genere, quae non sunt charitate formati, sicut plerumque in peccatoribus contingit, sunt a Deo.

AD TERTIVM dicendum, quod ille qui accipit a Deo fidem absque charitate, non simpliciter sanat ab infidelitate, quia non remouet culpam peccatoris infidelitatis, sed sanat solum quod, ut scilicet et tali peccato. Hoc autem frequenter contingit, quod aliquis delinquit ab uno actu peccati, et Deo hoc faciente, qui tamen ab actu alteri peccati non desistit propria iniquitate suggerente. Et per hunc est modus datus aliqui homini a Deo quod credat, non tamen datus ei charitatis donum, sicut est aliquibus absque charitate datur donum prophetiae, uel aliquid simile.

F mali moralis, quod est genus positum in genere sed sit sermo de actu qui est moralis, & cum sit sub malo simpliciter transcendente tempore. Item si quis deformitas est intrinsece de ratione speciei, in quantum est malus. Et quoniam haec respicitur ad actum...

tia humorum. Potest tamen dici aliquid esse eam diaphani, quae non est de ratione speciei diaphani. Informitas autem fidei non pertinet ad rationem speciei informis, quod est eam fidei ipsius dei, cum fides dicatur informis propter defectum cuiusdam exterioris formae. sicut dictum est: et id illud est eam fidei informis, quod est eam fidei simpliciter dicta: hoc autem est Deus, ut dictum est. Unde relinquitur, quod fides informis sit donum Dei.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod fides informis, etsi non sit perfecta simpliciter perfectione uirtutis, est tamen perfecta quadam perfectione, quae sufficit ad fidei rationem.

AD SECUNDVM dicendum, quod deformitas actus est de ratione speciei ipsius actus, sicut est actus moralis, ut supra dictum est. Dicitur enim actus deformis per privationem formae intrinsecae, quod est debita commensuratione circumstantiarum actus. et id non potest dici eam actus deformis Deus, qui non est eam deformitatis, licet sit causa actus, in quantum est actus. Vel dicendum, quod deformitas non solum importat privationem debite formae, sed et contrariam dispositionem. Unde deformitas se habet ad actum, sicut falsitas ad fidem: et id sicut actus deformis non est a Deo, ita nec aliqua fides falsa. Et sicut fides informis est a Deo, ita et actus qui sunt boni ex genere, quae non sunt charitate formati, sicut plerumque in peccatoribus contingit, sunt a Deo.

AD TERTIVM dicendum, quod ille qui accipit a Deo fidem absque charitate, non simpliciter sanat ab infidelitate, quia non remouet culpam peccatoris infidelitatis, sed sanat solum quod, ut scilicet et tali peccato. Hoc autem frequenter contingit, quod aliquis delinquit ab uno actu peccati, et Deo hoc faciente, qui tamen ab actu alteri peccati non desistit propria iniquitate suggerente. Et per hunc est modus datus aliqui homini a Deo quod credat, non tamen datus ei charitatis donum, sicut est aliquibus absque charitate datur donum prophetiae, uel aliquid simile.

dem tunc a diuina liberalitate fides sine charitate sponso ad fidei, & non charitatis in seipsum tercia disposita ad substantiam animae, & non inuis, infunditur anima, ut patet in amato...

q. di. 3. q. 3. ar. 2. & uer. q. 14. a 7. cor. & Ro. 8. ic. 7.

l. q. 79. ar. 1. ad 3.

Et dicitur etiam privatio formae intrinsecae, quia est privatio formae intrinsecae actui moralis. Et quantum ad praesentem questionem spectat, idem est iudicium, siue illa privatio sit de ratione speciei, ut differentia, siue ut passio: ab eodem enim agere sunt. Potest autem, & debet secundum intentionem litterae, & planum illius sensum, aliter exponi littera ista, ut sit sermo, non de specie

QVAESTIO VII.

De effectibus fidei, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandū est de effectibus fidei. ET CIRCA hoc q̄runtur duo.

¶ Primo, Vtrum timor sit effectus fidei. ¶ Secundo, Vtrum purificatio cordis sit effectus fidei.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum timor sit effectus fidei.

AD PRIMVM sic procedit. Vt q̄ timor nō sit effectus

fidei. Effectus. n. nō p̄cedit cām: sed timor p̄cedit fidem. dicitur. n. Ecl. 2. Qui timetis Deum, cre-

dite illi: ergo timor non est effectus fidei. ¶ 2 Præ. Idem non est causa contrariorum: sed timor & spes sunt contraria, vt supra \* dictum est: fides autē generat spem, vt dicitur in \* Glo. Matt. 1. ergo non est causa timoris.

¶ 3 Præ. Contrarium non est causa contrarij: sed obiectum fidei est quoddam bonum, quod est veritas prima: obiectum autem timoris est malum, vt supra dictum est: actus autem habet speciem ex obiecto secū dum supra \* dicta: ergo fides non est causa timoris.

SED CONTRA est, quod dicitur Iacob. 2. Demones credunt, & contremiscunt.

RESPON. Dicendum, quod timor est quidā motus appetitiuæ uirtutis, ut supra \* dictum est. Omnium autem appetitiuorum motuum principium est bonum, uel malum apprehensum. Vnde oportet q̄ timoris, & omnium appetitiuorū motū sit principium aliqua apprehensio. Per fidē autē fit in nobis quedā apprehensio de quibusdam malis poenalibus, quæ s̄m diuinū iudiciū inferuntur: & per hunc modū fides est causa timoris, quo qs̄ timet a Deo puniri, qui timor est seruilis. Est et̄ causa timoris filialis, quo quis timet separari a Deo, uel quo quis refugit se Deo cōparare, reuerēdo ipsum, in quantum per fidē hanc existimationē habemus de Deo, q̄ sit quoddā immensum, & altissimū bonum, a quo separari est pessimū, & cui uelle aquiri, est malum: sed primi timoris, s̄. seruilis, est causa fides informis, sed secundi timoris, s̄. filialis, est causa fides formata, quæ per charitatē facit hominem Deo adherere, & ei subijci.

AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ timor Dei non p̄t vniuersaliter p̄cedere fidē: q̄ si oīno ei⁹ ignorantia haberem⁹ quantum ad p̄mia, uel penas, de quibus per fidē instruimur, nullo modo eū timere mus. Sed supposita fide de aliquibus articulis fidei, puta, de excellētia diuina, sequit̄ timor reuerētia, ex quo sequit̄ vltimus, vt hō intellectū suum Deo subiciat ad credendū oīa, quæ sunt p̄missa Deo. vñ ibi sequitur. Et nō enacuabitur merces uestra.

AD SECYNDVM dicendum, quod idem s̄m contraria potest esse contrariorum causa, non autem idem secundum idem: fides autē generat sp̄e, secundum quod facit nobis aſtimationem de p̄mijs, quæ Deus retribuit iustis. Est autem causa timoris, s̄m quod facit nobis aſtimationem de p̄nijs, quæ peccatoribus infligere vult.

AD TERTIVM dicendum, q̄ obiectū fidei primum, & formale est bonum, quod est ueritas prima: sed materialiter fidei proponuntur etiam credenda quedam mala, puta, quod malum sit Deo non subijci, uel ab eo separari, & quod peccatores penalia male sustinebunt a Deo: & secundum hoc fides potest esse causa timoris.

ARTICVLVS II.

Vtrum purificatio cordis sit effectus fidei.

AD SECYNDVM sic procedit. Vt q̄ purificatio cordis nō sit effectus fidei. Puritas. n. cordis p̄cipue in affectu consistit: sed fides in intellectu ē: ergo fides nō causat cordis purificationē.

¶ 2 Præ. Illud quod causat cordis purificationē, nō p̄t simul esse cū impuritate: sed fides simul potest esse cū impuritate peccati, sicut patet in illis, q̄ habet fidē informē: ergo, fides non purificat cor.

¶ 3 Præ. Si fides aliquo mō purificat cor hu manū, maxime purificaret hominis intellectū: sed intellectū nō purificat ab obscuritate, cū sit cognitio enigmatica. ergo fides nullo mō purificat cor.

SED CONTRA est, quod dicit Petrus Act. 15. Fide purificans corda eorum.

RESPONDEO. Dicendum, quod impuritas uniuscuiusq̄ rei consistit in hoc, quod uilioribus immiscetur. Non. n. dicitur argentum esse impurum ex permissione auri, per quā melius redditur, sed ex permissione plumbi, uel stanni. Manifestū est autē q̄ rationalis creatura dignior est omnibus tēporalibus, & corporalibus creaturis: & ideo impura redditur ex hoc, quod tēporalibus se subijcit per amorē: a qua quidē impuritate purificatur per contrariū motū, dū. s̄. tendit in id, qd̄ est supra se, s̄. in Deum, in quo quidem motu primū principium est fides. Accedentem. n. ad Deum oportet credere, ut dicitur Heb. 11. & ideo primum principium purificationis cordis est fides, qua purificatur impuritas erroris, quæ si perficiatur per charitatē formatam, perfectam purificationem causat.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod ea, q̄ sunt in intellectu, sunt principia eorū, quæ sunt in affectu, in quantum. s̄. bonū intellectus mouet affectum.

AD II. dicendū, quod fides ēt informis, excludit quandam impuritatem sibi oppositam, s̄. impuritatem erroris, quæ contingit ex hoc, qd̄ intellectus humanus inordinate inhæret rebus se inferioribus, dum. s̄. uult secundum rōnes rerum sensibiliū mereri diuina: sed quando per charitatē formatam, tunc nullā impuritatem secum cōpatit̄: q̄a uniuersa delicta operit charitas, ut dicit̄ Prouer. 10.

AD TERTIVM dicendum, quod obscuritas fidei non pertinet ad impuritatem culpæ, sed magis ad naturalem defectum intellectus humani secundum statum p̄sēntis uitæ.

QVAESTIO III.

De dono intellectus, & scientie, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandū de dono intellectus & scientie quæ respondent uirtuti fidei.

ET CIRCA donum intellectus quæ runtur octo. ¶ Primo, Vtrum intellectus sit donum Spiritus sancti.

Super quæst. octaua articulum primū.

IN quæstione 8. art. 1. retine sententiam numerū eorum, in quibus, & quæ legere facit donū intellectus. Hæc siquidē omnia comprehendere uidetur, quæ intellectus proficiendo penetrare p̄t. Nam vel in accidentib⁹, vel verbis

4. di. 14. quo. 2. at. 4. ad. 3. & ueri. q. 28. ar. 1. ad 6.